



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Bernardi Primi Clarævallensis Abbatis, Ordinis  
Cisterciensium Antesignani, melliflui Ecclesiæ Doctoris  
Sermones In Dominicis & Festa per annum**

**Bernardus <Claraevallensis>**

LXXIX. De voluntate Deo in omnibus subjicienda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39254**

Sermones de Diversis.

727

sunt & militantium. Tabernaculum verò habet tectum, sed fundamento caret, & portabile est: quia iusti in presentibus non sunt fundati, sed inquirunt civitatem desursum fundamenta habentem. Fides etiam eorum, quæ est fundamentum, non est in terrenis, sed in Domino tectum habent, id est, munimentum gratiæ & protectionem. Atria sunt domui vicina, amplitudinem habentia. In illis sunt animæ sanctæ corporibus exuta, quæ in latitudine sunt, deposita carnis angustia. Atria habent fundamentum, sed non tectum, quia animæ quæ in amore Dei sunt non ruunt, unde *stantes erant pedes nostræ* a; sed non habent tectum, adhuc expectantes augmentum, quod non erit nisi in resurrectione corporum suorum. Post ipsam sanè resurrectionem cum Angelis erunt in domo, quæ habet fundamentum & tectum. Fundamentum est stabilitas æternæ beatitudinis, tectum consummatio & perfectio ipsius.

*carne viventes.*

*In atris sunt animæ corpore solute.*

a Psal. 121. a

*In domo animæ corporibus post resurr. reddita.*

S E R M O LXXIX.

*De voluntate Deo semper & in omnibus subiicienda.*

**P**aratum cor meum Deus, paratum cor meum <sup>a</sup>. Via regia, Fratres, nec ad dexteram declinat, nec ad sinistram. Porrò invenire est hominem semel quidem paratum, non quidem secundo. Si dixerit ei Deus, *eicce ancillam & filium eius* b, dico autem opera carnis: non cunctatur. Si dixeris, *immola mihi filium tuum quem diligis Isaac*: hoc planè jam patienter audire non potest, ut fraternæ utilitatis aut unitatis gratia, spiritualis sustinere videatur studii detrimenta. Quidni abiiciat facile servus Christi quicquid ad corpoream pertinet voluptatem? At vero spiritali iucunditate æquanimiter fraudari quando aut obedientia cogit, aut fraternæ charitatis ratio postulat, hoc planè magnum & Deo gratum offerre est holocaustum. Memento tamen non Maas in hoc sacrificio, sed arietem contumaciæ jugulari.

a Psal. 56. a

b Gen. 21. b

c Gen. 22. b

*NOTA.*  
*Quam difficile propriam relinquere voluntatem,*

S E R M O LXXX.

*De triplici unitate.*

**E**cce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in unum a. Est unitas naturalis; unitas carnalis; unitas virtualis; unitas moralis, unitas spiritualis; unitas socialis; unitas personalis; unitas principalis. Unitas naturalis est inter corpus & animam. Unitas carnalis inter virum & mulierem, de qua dictum est b: *Erunt duo in carne una*. Unitas virtualis est quæ hominem sibi ipsi coniungit, ut non per diversa effluat, sed cum Propheta *manu perat à Domino*. Unitas moralis est quæ nos coniungit proximo. Unde Psalmista dicit: *Qui habitare facit unus moris in domo*. Unitas spiritualis est quæ nos coniungit Deo. Unde Apostolus c: *Qui adhæret Deo, unus spiritus est.*

a Psal. 132. a  
*Funas multiplices.*

b Genes. 2. d

c Psal. 26. b

d Psal. 67. a

e 1. Cor. 6. d

V y y y ;

Unitas